

EXPLICATIO LIB. II.

procedentes à binario aut ternario numero, alioque quopiam non quadrato, non habent extremos quadratos. Vt, proponantur 2. 2. 2. fient omnino secundum exposita præcepta 2. 4. 8. Et inde procreabuntur primum 2. 6. 18. Deinde 8. 12. 18. In quibus non erunt extremi quadrati. Huius rei causa est, quod procedentes ab vno rationes minimæ sunt omnium ratione sibi consentanearum. Et demonstrat autor elementorum: Si sint numeri tres minimi eorum, qui eandem rationem habent, extremi in his quadrati sunt.

IN NICOMACHI  
LIBRVM SECVNDVM.

*De compositis rationibus  
explicandis.*

CVM ostenderit autor ab æqualitate manare recedendo inæqualitatem,